Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



ducti domicilium fabricant. victum mini-
strant. ⁊ a quibuscunq; tuetur ⁊ defendūt
in cursibus. Eo pacto deū tanq; vniuer-
si principem vniuersa mundi entia hono
rant. magnificant. extollunt. ⁊ suo modo
laudant ⁊ benedicunt. iuxta cytharedi do
ctrinam q̄ omne creature genus ad deum
laudandum benedicendumq; arcessit. q̄
si etiam minus boni prelati fuerint. a sub
ditis nihilominus honorari ⁊ eorū iussa
adimpleri debēt. iuxta preceptum saluato
ris in euāgelio dicētis. super cathedram
moysi sedebāt scribe ⁊ pharisei. quecunq;
dixerint vobis facite. ꝑm autem opera eo
rum nolite facere. sed si boni sint ⁊ ratio-
ne potestatis ⁊ ratione virtutis honoran
di sunt ⁊ timēdi. acerrimus enim vltor est
deus. vicarios nuncios ⁊ seruos suos de
spicientiū. inde pueros heliseū despicien
tes demones in vrsorū forma apparētes
deuorauerunt. at vero p̄lati etiā quanto
plus honorantur exterius. tanto ipsi hu-
miliores debent esse interius. Tanto in-
super magis deum timeant. seipsos despi
ciant. ⁊ eos a quibus honor impenditur
sibi in cogitatione preponant. perinde p̄
ceptor noster terciam ponens conditio-
nem adiecit.

Textus. Augustinus.

t Timore coram deo substratus sit
pedibus vestris.

Commentū. Ambrosi⁹

h Et si om̄es imortalem deum time
re debeamus. quoniam sicut scri-
ptum est. beati omnes qui timent
dominum. p̄lati tamen multo magis ei⁹
timere debent maiestatem. Tum quoniā
ipsi de subditorum animab⁹ reddituri sūt
rationem. Unde ad Hebreos apostol⁹
Paulus scribens ait. Obedite prepositis
vestris. ⁊ subiacete eis. Ipsi enim vigilāt
quasi rationez pro animabus vestris red
dituri. At em̄ cum rationalis anima tan
ti sit. tantumq; deo chara vt pro ipsa re-
dimenda. suam vitam christus posuerit.
facillimeq; labatur. mirum immodū eius
pastor timere debet. ne eius pereat negli-
gentia. ⁊ eius obligatus fiat perditioni.

quod Augustinus pertimescens gemens
dicebat. Quid faciam cum a me exiget
ratio tot animarum que pendent ad col-
lum meum. Tum quoniam p̄lati ad sub-
ditos se habent. quāadmodū ad suos ex-
ercitus imperatores. quibus deuictis ca
stra expugnentur oportet. hinc in macha
beis scribitur. q̄ cum caderet Judas cete
ri fugierunt. Et in calce primi regū aper
te notat. q̄ cum totum prelij pondus cō
tra philisteos in Saul fuisset conuersuz.
ipso interempto om̄is pene exercitus pe
rijt. Tum quoniam in die nouissimo an-
te inflexibilis iudicis tribunal querele. al
legationes clamoresq; subditorum eos.
eorumq; negligētias. iniusticias. rapinas
passiones. ⁊ flans sententias accusantes
astabunt. O quantū patientissim⁹ iob
has metuebat querimonias cum diceret i
Aduersum me terra hoc egens mihi sub
iecta clamat. O q̄ diuus Hieronim⁹ affi
ciebatur terrore. cum de se subditisq; red-
dendas rationes cogitando dicebat quo
tiens diem illū cōsidero. toto corpore cō-
termisco. siue enim comedo siue bibo si-
ue quid aliud facio semper auribus meis
vox illa terribilis videtur insonare. Sur
gite mortui venite ad iudicium. O quan
to parens noster exinanibat pauore. ma
defiebat luctu. cruciabatur cogitatu. cum
diceret. heu quid illa die faciemus. quan
do etiā de omni nostra cogitatōe sumus
reddituri rationem. ⁊ coram illo iudice. q̄
nec gratia preuenit. nec misericordia iaz
flectit. nec pecunia corrumpit. nec satisfa
ctione vel penitētia mitigabit. ⁊ in dāna
tos acerbissimā irreuocabilēq; illā senten
tiam infert. Ite maledicti in ignē eternū
Tū quoniā vt idē parēs noster posterius
dicet prelatus quāto in loco superiore tā
to in maiore periculo verset. Et quanto
splēdore honoris q̄sq; celsior est. tāto si de
linq̄t. vt inq̄t Isidor⁹ peccator maior est.
Propterea Bernard⁹ ait. q̄ facile est i al
to se intuentem obstupescere. cadit enim
graui⁹ iuxta antiquū sermonē q̄ ait. Quā
to stat⁹ altior. tāto casus grauior. Sa
ne igit sanct⁹ Ambrosi⁹ in suo pastorali k
de ep̄is inq̄t. Sicut leui⁹ est de plano cor
ruere. sic graui⁹ est. qui de sublimi cecide-
rit dignitate. q̄ ruina q̄ de alto fit grauio
ri casu collidit. Honor quidē ep̄alis corā